petra. Unde apoſtolus dicit ad corin. x. c. petra aũt erat xp̄s. Alia cã ē q̄ꝛ ſe pulchꝛũ xp̄i ꝙ repꝛeſentat altare fuit exciſum in petra: vt dicunt euangelia in marcho. Et pp̄ iſtam eandem rati onem coꝛpoꝛalia debent linea eē ꝛ nō de aliqua alia materia. q̄ꝛ ipſe fuit in monumento in ſindone munda ꝛ in li no candidiſſimo inuolutus ꝛ coꝛpo ralia ſignificãt iſta linteamina ĩ quibꝰ xp̄s moꝛtuus fuit inuolutꝰ. Calix ēt nō dꝫ eſſe de vitro: quia de facili poſſꝫ frangi: nec de ligno: q̄ꝛ lignũ eſt poꝛo ſum ꝛ ĩpoꝛis ſanguis poſſet ſubintra re: nec de calibe nec de cupꝛo nec auri calco q̄ꝛ in faſtidium eēnt ꝛ periculũ de vomitu. Põt aũt fieri de auro vel argento vel de ſtamno. ¶ Sciendũ aũt q̄d q̄ñ altare eſt totum benedictũ nō opoꝛtet quod ibi ſit tabula alia no tandũ quod altare ſiue ſit ĩ eccl'a ſiue ſit extra eã ſemper dꝫ erigi verſus oꝛi entem ita ꝙ ille qui dicit miſſaꝫ habe at faciem ad oꝛienteꝫ Et ratio ē vna q̄ꝛ xp̄s vocatur oꝛiens luc. pꝛimo viſi tauit nos oꝛiens ex alto: ꝛ de xp̄o can tat eccl'a oꝛiens ſplendoꝛ lucis eterne. Alia cauſa ē quia ſm̄ ꝙ dicunt philo ſophi pars oꝛientalis eſt dextra pars celi. Secundũ ꝙ dicit xp̄s in Matth. xxvi. Deus ſtatuet bonos a dextriſ vt ergo in iudicio mereamur poni a de ſtris. Debemus oꝛare verſus oꝛienteꝫ ꝛ quia pꝛincipalioꝛ oꝛationum eſt miſ ſa. ¶ Ideo ille qui dicit miſſã debet habere faciem verſus oꝛientem. Mō eccleſia in qua dicitur miſſa ſit conſe crata vel non: nihil facit ad miſſam lꝫ quantum ad ſolemnitateꝫ miſſe ſēper ſi poſſibile eſſet dꝫ dici in eccleſia con ſecrata: ꝛ ſic multum honoꝛificum ꝛ vtile ē eccleſiam eē conſecratam q̄ꝛ q̄ñ aliquis cauſa oꝛationis intrat eccleſi am conſecratam: remittuntur ſibi pec cata venialia. ¶ Secundum autem ꝙ in mari nunquam debet celebꝛari miſſam pꝛopter periculum effuſionis ſanguinis. ¶ In eccleſia autem ſan guinis vel ſeminis effuſione polluta non debet miſſa celebꝛari: ꝛ ſi aliquis ibi miſſam celebꝛaret peccaret graui ter: non tamen ex hoc efficeretur irre gularis: ſicut declaratum fuit per do minum Bonifacium. viij. extra de ſententia excommunicationis ꝛ inter dicti. c. his qui in eccleſia. ¶ Si etiaꝫ eſſet pꝛedicto modo polluta: non poſ ſet in cimiterio ſibi contiguo celebꝛa ri: quia quando eccleſia eſt polluta: ci miterium ſibi contiguum ſimiliter re putatur pollutum non anteꝫ econuer ſo. ideſt ſi cimiterium ſit pollutum: ꝙ eccleſia ſibi contigua ſit polluta: cum pꝛincipale trahat annexum non anne xum pꝛincipalem vt dicitur extra de conſecratiõe eccleſie vel alta. c. ſi eccle ſiam. libꝛo ſexto. ¶ Unde in cimite rio annexo ꝛ contiguo eccleſie pollu te non debet aliquis celebꝛare nec de bet aliquis ſepelliri ibi. Secus ſi cimi terium non eſſet contiguum eccleſie: quia poſito ꝙ eccleſia eſſet polluta: ci miterium ſibi nō cõtiguũ nō eēt pollu tuꝫ: vt pꝫ. c. pꝛeallegato. ¶ Tempoꝛe aũt interdicti nō dꝫ dici alta voce nec ianuis aptis miſſa nec ēt alie hoꝛe in eccleſia: niſi in quattuoꝛ feſtiuitatibus .ſ. in die natalis dñi ꝛ in die reſurrecti onis ꝛ in die penthecoſtes: ꝛ in feſto aſſumptionis ſancte Marie virginis

Ne autē ecclesie defraudent̄ ſeruitijs
debitis: ⁊ ne diuinū officium negligat̄
⁊ ne fideliū deuotio diminuat̄: ⁊ vt de
uotio eorundē augeat̄: tempore cuiuſ
cunq; interdicti ianuis clauſis excom
municatis ⁊ iterdictis exclauſis cam-
panis etiam non pulſatis: debet dici
miſſa: etiam totum diuinū officiū tā
diurnū q̄ nocturnū ſub miſſa voce in
eccleſia: ita q̄ nō poſſit audiri ab his
qui ſunt extra oīa iſta habētur extra
de ſētentia excommunicationis ⁊ int-
dicti ca. alma mat. li. vi. Et q̄ ōriū fece
rit ē irregularis ⁊ ieligibile nec ipſe ēt
pōt eligere: nec pōt abſolui: niſi in cāu
mortis: niſi per ſedem apoſtolicam: vt
habetur ex̄ de ſnīa excōmunicationis
his qui in eccl'a. lib. vi. ¶ Aliq̄ etiā
excōmunicato publico p̄nte nullus dz
celebrare: nec ī eccl'a nec alibi. aliogn
peccaret mortaliter ⁊ vltra hoc eēt ſu-
ſpenſus ab igreſſu: eccleſie nec poſſet
abſolui niſi ab illo qui tulit ſententiā
excōmunicationis: vt dicitur extra de
p̄uilegijs. c. epōrū. li. vi. ⁊ nō dz ōtēni
iſtud: q2 qui ſuſpenſus celebraret eſſz
irregularis: vt habet̄ expreſſe. de ſent.
excō. c. is cui libro. vi.

¶ De tpe quo dz dici miſſa. c. vi. qrti
tractatus prime partis

e T dicit ſapiens Salomon:
oīa tp̄s hn̄t: ⁊ hoc rōnabilit̄
Res. n. penes varietatē: ma
xime tēpoꝝ maximā acquirūt imuta
tionē q̄ euidentiſſime ne apparet i la
ctuca q̄ cū tpe ſue iuuētut̄ frigide ⁊ hu
mide ſit nature feruoriſq; ſanguinis
⁊ colere extinctiua ex quo frundeſcit i
humorem conuertit̄ calidū ⁊ amaꝝ
q̄ obeſt colericis ſiue calefactis: ex q̄
rez ligde apparet q̄tū res penes mu-
tationē tpꝝ mutentur ⁊ alterenter q̄
ſatis pulchre fuit figuratū exo. c. xvi.
vbi legitur q̄ manna collectum tpe de
bito erat hn̄s oē delectamentū ⁊ oēm
ſaporem ſuauitatis: qn̄ aūt colligebat̄
tpe n̄ dbito. ſ. die ſabbati ōputruebat
⁊ vermibus ſcaturiebat. Manna iſtō
erat figura corporis xp̄i ſicut dr̄ in hi
ſtoria corporis xp̄i vbi dr̄. Huiꝰ ſacri
figura p̄ceſſit qn̄ pluit dn̄s manna pa
tribus in deſerto. Sicut. n. manna nō
dz colligi niſi tpe debito ⁊ ſtatuto ita iſ
tud ſanctū ſacrificiū nō dz offerri ni-
ſi tpe debito ⁊ ſtatuto. ¶ Sciendū ḡ
q̄ miſſa dz celebrari de die ⁊ nō de no
cte niſi in feſto natiuitatis xp̄i in quo
miſſa celebrat̄ in media nocte q2 illa
hora fuit natus xp̄s. de hoc tn̄ melius
dicet̄ infra. vel magis antiq̄ꝰ ēt in vi-
gilia reſurrectiōis dicebatur miſſa de
nocte. Vn̄ ī oratiōe miſſe dr̄ adhuc. ō
us qui hāc ſacratiſſimam noctem ⁊c̄.
¶ Rō q̄re nūc miſſa de die ⁊ nō de
nocte celebrat̄ ē vna: q2 ī miſſa reme-
moratur paſſio xp̄i q̄ fuit facta de die
⁊ nō de nocte. ¶ Alia rō ē q2 p noctē
figurat̄ ſtatus peccati ⁊ per diē ſtatꝰ
gr̄e vt dicit glo. ſuper illud verbū apl̄i
ad ro. c. xiij. abicijamꝰ opa tenebraꝝ. i.
peccata ⁊ induamur arma lucis. i. vtu-
tes q̄ ſūt arma gr̄e. Ad ſignificādū ḡ
qd̄ ille q̄ dicit miſſā dz eē ī ſtatu gr̄e ⁊
ſine peccato iō dr̄ miſſa ō die ⁊ non de
nocte. Qua aūt hora dz dici miſſa. no
tādū ē q̄ ſūt tres hore principales. ſ.
tertia ſexta ⁊ nona ⁊ magis ī his tri-
bꝰ horis q̄ ī alijs dz dici miſſa ⁊ rō eſt
vt. n. frequēt̄ dcz ē miſſa dr̄ ī memoriā
paſſiōis xp̄i xp̄s aūt ī tribꝰ horis fuit

paſſus ⁊ crucifixꝰ. Hora aũt tertia fu
it crucifixꝰ liguis iudeoꝝ. ⁊ ſnia pila-
ti qꝛ hora tertia clamabant iudei cru-
cifige eum. Jo.c.xix. ⁊ illa hora pillatꝰ
adiudicauit fieri petitiones eoꝝ. Se-
xta aũt hora fuit eleuatꝰ i cruce. Vñ
dr̃ Jo.iiij. Erat aũt hora quaſi ſexta
⁊ crucifixerũt eũ. hora aũt nona emi
ſit ſpiritũ. Vñ dr̃ Math.xxvij.c.
Et circha horaꝫ nonaꝫ clamauit voce
magna ⁊ ſequitur ⁊ emiſit ſpiritum: ⁊
iſtud intelligo de miſſa que dicitur ſo-
lemniter in eccleſia qꝛ miſſe particula
lares poſſũt dici a puncto aurore vſqꝫ
ad ſextaꝫ ⁊ in diebus ieiunioꝝ vſqꝫ ad
nonã. Poſt nonã aũt non dꝫ celebrari
miſſa niſi forſitan in diebus ieiunioꝝ
ratione ordinum. Jncidẽt aliter anteꝫ
notandum ẽ ꝙ non ſoluꝫ miſſa veruꝫ
etiam alie hore canonice dicũtur i me
moriã paſſiõis xp̃i. Matutine aũt di-
cũtur i memoriã ꝙ xp̃s hora matutia
fuit captꝰ ⁊ vinctꝰ fuit ductꝰ ad annã
principẽ ſacerdotũ vbi fuit multiplici
ter deluſus. Et dicuntur matutine me
dia nocte. ¶ Jux̃ verbum pſal.xviij.
media nocte ſurgebam ad cõfitenduꝫ
⁊c̃. Prima dꝛ in memoriaꝫ ꝙ xp̃s illa
hora in domo caife ligatus ad colum
nam fuit grauiſſime flagellatus: ita ſꝫ
qȯ predixerat. Jſaias. A plãta pedis
vſqꝫ aduerticeꝫ capitis nõ erat i eo ſa
nitas ¶ Tertia dr̃ in memoriaꝫ xp̃i
qꝛ illa hora xp̃s ductus ad pilatũ fuit
crucifixus linguis iudeorum claman
tium ⁊ dicẽtiũ. Tolle tolle crucifige. ⁊
tunc ipletuꝫ fuit illȯ p̃s.xxvi. Aparue
rũt i me os ſuũ ⁊c̃. ¶ Sexta dicit̃ in
memoriã xp̃i qꝛ illa hora xp̃s expolia
tus ⁊ illuſus a millitibꝰ fuit eleuatus i
cruce ⁊ tũc fuit ipletũ illȯ p̃s.xvi. Fo
derunt manꝰ meas ⁊ pedes meos ⁊c̃.
¶ Nona dr̃ in memoriaꝫ xp̃i qꝛ illa
hora xp̃s felle ⁊ aceto potatus expira
uit dicẽs Pater i manus tuas commẽ
do ⁊c̃. ⁊ tũc fuit ipletum illȯ p̃s.lxviij.
Dederunt in eſcam meam fel. ⁊ in ſiti
mea potauerunt me aceto. ¶ Veſpe
dicũtur i memoriã xp̃i qꝛ illa hora cri
ſtus datꝰ a pilato nobili cẽturioni Jo
ſeph fuit de cruce depoſitus. ¶ Cõ-
pletoriũ dr̃ in memoriã xp̃i qꝛ illa ho-
ra xp̃s a ſua matre triſtiſſima ⁊ alijs
ſanctis mulieribus lamentatus ⁊ aro
matibus cõditꝰ poſitꝰ fuit i ſepulchro
Et ſic bonũ eẽt ⁊ ꝯgruũ qȯ q̃libet iſta
ruꝫ ſeptem horaꝝ diceret in hora ſua
determinata. iuxta illud pſal. ſepties in
die laudeꝫ dixi tibi ſup iudicia ⁊c̃. Ve
runtamẽ qꝛ ꝓp rei familiaris occupa
tioneꝫ vl' ꝓp humanã fragilitatẽ neqt
illud ſeruari ſeruet̃ tñ illud ꝙ ordina
tũ ẽ extra de cele. miſ. c. p̃ſbyter. vbi di
citur ſic. Preſbiter matutio officio ex
pleto ſcilicet media nocte mane pẽſuꝫ
ſue ſeruitutis videlꝫ p̃maꝫ tertiam no
nam veſperaſqꝫ ꝓſonat ita tñ ꝙ horis
cõpetẽtibus aut a ſcholaribꝰ ꝯleantur
Deide pactis horis ⁊ ĩfirmis viſitatis
ſi voluerit exeat ad opꝰ rurale ieiunꝰ
⁊ dicantur oẽs iſte hore ꝑ moduꝫ quo
p̃cipiatur extra eodẽ. c. dolentes. vbi p̃
cipitur ꝙ diuinũ officiũ diurnũ q̃ no
cturnũ dicatur ſtudioſe pariẽ ⁊ deuo
te ⁊ qui ſcienter trãſgreditur iſtud mã
datũ ſciat ſe mortaliter peccare: vtpo
te qꝛ trãſgreſſor ẽ precepti eccl'e. Notã
dum aũt ꝙ nõ dꝫ dicere miſſaꝫ q̃uſqꝫ
dixerit matutinũ. Congruũ ẽt eſt vt
prima dicat̃ ante miſſam. Alie etiam

hore pter veſperas ꝛ ↄpletoriū poſſūt dici ante miſſam vel poſt

Quotiēs in miſſa dʒ dici miſſa .c vij. quarti tractatus prime partis.

Ex quo dictuʒ ē ꝙ miſſa dʒ dici de die. reſtat dicēduʒ quotiens in die dʒ dici miſſa.

¶ Et eſt ſciendum ſm ꝙ dr̄ extra de cele. miſ. c. conſuluiſti. ꝙ nullus debet dicere miſſam niſi ſemel in die: valde eniʒ felix ē q celebrat digne vnaʒ. Excipitur dies natiuitatis dn̄i: in qua die celebrantur tres: itaꝙ vnus ſacerdos pōt celebrare illa dies tres miſſas: vt dr̄ de conſecratione di. i. c. nocte ſacta ꝛ rō quare illa die dicunt̄. 3. prima eſt pp miſteriū qm̄ per iſtas tres repreſētant̄. 3. ſtatus. ſ. ſtatus ante legē ſtatus ſub lege: ꝛ ſtat⁹ gr̄e. alia miſſa q̄ cantat̄ media nocte repn̄tat ſtatū q fuit an̄ legē qn̄ tot⁹ mūdus erat i tenebris vn̄ i miſſa illa cantat̄ ꝓphetia iſaie ꝓphete. populus gētiū q ambulabat in tenebris vidit lucē magnā. ſcd̄a miſſa que dicitur in aurora ſignificat ſtatuʒ qui fuit ſub lege i quo iceperunt ſcire xp̄m p dictū legis ꝛ ꝓphetaꝝ ſʒ n̄ hāt pfectā notitiā de eo: ꝛ iō cantat̄ i aurora qn̄ icipit apparere lux diei ſʒ nō bn̄ clare. vn̄ i illa miſſa cantat̄ lux fulgebit. tertia dr̄ de claro die: ꝛ ſignificat ſtatū gr̄e in quo ſumus. ꝛ dicit̄ officiū Puer natus eſt nobis. Alia rō eſt ad repn̄tandū. 3. natiuites xp̄i. Nā p̄ma dr̄ ad repn̄tanduʒ natiuitatē eternam qua naſcit̄ ex deo p̄re. vn̄ dr̄ in introitu illius miſſe. Dn̄s dixit ad me filius meus es tu: ego hodie genuite. Et dicitur illa miſſa ī nocte qn̄ tp̄s ē obſcuꝝ ad deſignandū ꝙ illa natiuitas ē nobis occulta. ſcd̄a dr̄ ad repreſentandū natiuitatē ſpūalem q̄ naſcit̄ in aiab⁹ iuſtoꝝ p gratiam. vnde cantat̄ in illa miſſa. lux fulgebit hodie ſup nos. lux. ſ. gratia dei. tertia repn̄tat natiuitatem temporalem que natus ē ex benedicta Maria v̄gine ꝓ ſalute noſtra. Unde cantatur Puer natus eſt nobis ꝛc. Ueruntamen ſi cōſideremus euangelia que dicūtur in miſſis iſtis prima miſſa repreſentat natiuitatem temporalem qua chriſtus natus ē ſm carnem ex marie virgine. Unde illō euangelium ꝙ dicitur in illa miſſa. ſ. Exiijt edictuʒ a Ceſare auguſto loquitur de iſta natiuitate: vt patet itnenti. Secunda miſſa ſignificat natiuitateʒ ſpiritualē filij dei qua naſcitur xp̄us i aiabus iuſtorum per gratia. Unde in miſſa de luce dr̄ iſtud euangeliū Paſtores loquebātur adinuicem: ꝙ p totum loquitur de natiuitate filij dei ſpirituali vt pʒ itnenti. Tertia repreſētat natiuitatē eternaʒ qua naſcitur ex patre. Unde tunc dicitur illud euangelium Jn principio erat verbū ꝙ per totum loquitur de natiuitate eterna filij dei. ¶ Notanduʒ ēt ꝙ in die paraſceuen nō dʒ dici miſſa. Et rō eſt qꝛ iſtud ſacr̄m ē figura paſſionis xp̄i que tali die fuit facta: ꝛ eueniente veritate. dʒ ceſſare figura. Alijs aūt diebus non dʒ dicere ſacerdos niſi vnā miſſam niſi in caſu neceſſitatis: in quo pōt celebrare duas tantuʒ. Et vnus caſus eſt ſi aliqs moriatur ꝛ ſacerdos celebrauit miſſam de die: pōt dicere ꝓ defunctis. ſ. miſſam de requiē dummodo ſit ieiunus: ꝛ non ſit alius ſacerdos q celebret. ¶ Alius caſus eſt ſi ſit aliquis

in periculo mortis ꝛ pet̄at corpus xp̄i ſibi dari: ꝛ ſacerdos non hēat oſtiam conſecratam pōt iterum celebrare dū modo vt dixi: ſi ieiunus ꝛ nō ſit alius paratus celebrare qꝛ iſtud ſemper eſt intelligendū. ¶ Alius caſus pp neceſſitatem nuptiarū vt ſi dicta miſſa: ſuperueniunt aliqui qui habēt cōtrahere matrimoniū pōt ſacerdos iterū celebrare: dummodo ſit vt dixi ſupra. ¶ Alius caſus eſt pp neceſſitatē peregrinorū: qn̄. ſ. dicta miſſa. ſuperueniunt peregrini. Et iſtum caſum ponit. Raymundus in ſumma ſua. Sed ſalua eius reuerētia iſtud videt̄ expreſſe contra illud ca. extra de cele. miſ. Te referente. Caſus. n. illius capituli eſt ꝙ archiepiſcopus ſipontin⁹ in die cene dn̄i de antiqua conſuetudine tenetur ꝯficere chriſma in eccleſia ſipontina. Et idem archiepiſcopus eadem die aſcendit de mane de cōſuetudine ad garganicam eccleſiam vt recipiat ibi peregrinos ipſius loci ꝛ ibi a cleo ꝛ a populo celebrare ꝯpellitur. Unde ſup hoc implorauit ꝯſiliū pape. ꝛ papa rn̄det ꝙ i eccleſia ſipontina in qua tenetur chriſma conficere tantūmodo debeat celebrare. Ex q̄ manifeſte apparet ꝙ rōne peregrinorū nō dꝫ tranſgredi cōſtitutio de vnica miſſa celebranda in die. Unde ſaluo meliori iudicio magis approbo cōſuetudinē q̄ ſeruatur in aliquibus eccleſiis gallicanis: qn̄. ſ. venīūt peregrini dicta miſſa ad aliquam eccleſiā ſi n̄ ſit ſacerdos paratus dicere miſſā ſacerdos induit ſe ſicut deberet dicere miſſam. ꝛ dicit eis officium de beata virgine maria vel de ſpiritu ſancto vl' de trinitate vel de vno ſancto ꝓ quo fit peregrinatio nō tn̄ dicit canonē nec conſecrat: ꝛ oſtendit ei reliquias loco eleuationis corporis xp̄i. ꝛ iſta miſſa vocatur miſſa ſicca. Tamen ſi alibi ſeruatur conſuetudo alia iuxta opinionē Raymundi: non ꝯdemno eam. ¶ Alius caſus ē pp neceſſitatē honeſtatis vel vtilitatis: vt ſi dicta miſſa veniat aliqua magna perſona que velit miſſā audire. pōt ſacerdos iterum celebrare dummodo ſit vt dixi ſupra. Iſtum caſum ponit glo. de cele. miſ. c. ꝯſuluiſti Et de iſta neceſſitate neſcio qd dicam qꝛ non video hic tantā neceſſitatem ꝙ propterea debet tranſgredi mandatum de vnica miſſa celebranda: preſertim cum magne perſone non multū tp̄ibus noſtris afficiant̄ ita ad miſſas ꝛ illi qui afficiunt̄ dicunt ſe cum ſacerdotes proprios. Alius caſus pp neceſſitatē debiti ſicut qn̄ ſunt due eccleſie annexe ꝛ quilibet eſt curata. i. habens curam animarū ꝛ habēt redditus ita tenues ꝙ non ſufficerent duobus ſacerdotibus: ſed vnus ſolus ſacerdos habet curam vtriuſqꝫ in iſto caſu ſacerdos poteſt in vna die in qualibet celebrare: ꝛ in illis diebus in quibus tenetur populo ſuo ad dicendū miſſā ꝛ adminiſtrandū ſacramēta vel alia officia q̄ requirūt miſſam ꝛ iſte caſus in multis locis cōtingit: ꝛ ſuatur i ptib⁹ tholoſanis: ꝛ credo ꝙ in iure nō inuenitur p̄ceptū ex p̄ſſu de vnica miſſa tm̄ū celebrāda cū in oībus capitulis in quibus fit mētio d̄ iſta materia ponatur iſtud verbum ſufficit: ꝙ verbū non iportat niſi coactiuam: conſuetudo tamē eccleſie romane qui p̄ eminet

cuicumque auctoritati habet ⁊ tennet hoc: ⁊ ideo nullus debet facere contra eam: ⁊ ſi faceret peccat ⁊ debet puniri

¶ In quocūqȝ aūt caſu ſacerdos celebrans plures miſſas: in prima non debet ſumere aliquid neqȝ vinū neqȝ aquā neqȝ aliquid aliud poſt ſumptionem ſanguinis. ſed ſolum dȝ lauare os ⁊ cauare ſibi quantū pōt: ne aliqd tranſglutiat: qꝛ ſacramenta a ieiunio ſunt recipienda: ⁊ ī qualibet miſſa corpus xp̄i accipiat ⁊ ſanguinem ⁊ ī vltima recipiat ablutionē qui cōiter recipitur poſt ſumptionē ſanguinis xp̄i ⁊ nō ī alijs: vt dixi habentꝰ iſta extra de cele. miſa. c. ex pte. ⁊ de conſecr. di. v. vt ieiuni. ⁊. vij. q. i. Nihil.

¶ C. viij. eſt a quo audienda miſſa.

Miſſa ceteris partibus melior eſt boni ſacerdotis quā mali. Ergo miſſa audienda eſt primo ſimpliciter a proprio ſacerdote nō peccatore non heretico nō ſciſmatico ⁊ non publico fornicario. de his oībꝰ vide. ſ. diligēter. c. ij. ſ. quis pōt ⁊ debet miſſam celebrare ⁊ miniſtrarꝫ eucbariſtiam. §. v. ꝙ incipit. Dico. ȝ. ⁊ ſine ⁊c. vſqȝ ad. §. ſed nonquid angelus.

¶ Sed audienda eſt miſſa potius a ſciente quā ignorante: de hoc patet in magiſtrutia in. c. Scientia ⁊ ſtudium clericorū. §. iij. dicente ſacerdos ī quātis deputatus eſt ad celebrandū officium diuinū tenetꝫ de grāmatica ſcire vt ſciat verba congrue ꝓferre idonee accentuare bene punctare interrogationes extolere ⁊ ſaltē ad litterā ea q̄ legit intelligat. ¶ Multa plurimaqȝ dȝ hr̄e ſacerdos de ſcia: vide ſupra in prologo huius libelli in primo folio.

Etiā miſſa ē audienda a ꝓprio ſacerdote de hoc pȝ infra. in. c. iiij. d̄ virtute clauiū. i. §. Sed poſſet aliquis.

¶ De veſtibus quibus induitur ſacerdos in miſſa. c. ix. quarti tractatus prime partis.

Omni tp̄e veſtimenta tua candida ſint: verbum ē ſapientis. Quātū faciat debitus vſus veſtimentoꝝ ad debitā adminiſtrationē officij qd̄ quis exercet ſatis oſtēdit experientia medicorū: cōpertum ē enim ꝙ colliriū ſalubriter dolorē oculorū mitigant tritū ab apothecario indūto veſte qua die precedente indutꝰ circuierat inde erit immiſſum oculis patientis cruciabitur. Si ergo veſtis indebita nocet in confeſſione collirij quanto magis nocet in conſecratione corporis xp̄i. Vnd̄ figuratiue fuit p̄ceptum legiſlatori Moyſi in exordio. Iſto mō facies veſtes ſcās. Aaron ī quibus ſanctificatus miniſtret mihi.

¶ Vnde ſciendū ꝙ oēs veſtes quas induit ſacerdos in miſſa debēt eſſe ſāctificate. i. benedicte ab epiſcopo.

¶ Notandū ꝙ illa veſtis q̄ primo īduitur. ſ. illa camiſia parua vel ſuperpelliciū non ē de cēntia miſſe in ſimplici ſacerdote: qd̄ dico pp̄ ep̄os ⁊ canonicos regulares: quoꝝ talis veſtis eſt habitus. ¶ Sciendū ergo ꝙ cōputata illa camiſia de q̄ dictū eſt: vel loco eius cōputato ſuppellicio ſeptē ſunt veſtes quibus īduitꝫ ſacerdos ī miſſa. ſ. illa camiſia vel loco eius ſuppellicium amictū: alba: cingulū: manipulus ſtola: ⁊ caſula. Et iſte ſeptem veſtes ſigni

ficant ſeptē dona ſpūs ſancti quibꝰ dꝫ eē ſacerdos perfuſus. Unde actuū primo. Induimini virtute ſpūs ſci ex alto: vel ſignificant ꝙ dꝫ eē cōtra ſeptē peccata mortalia munitus ⁊ armatꝰ Unde apl's. Induite vos armaturaꝫ dei: vt poſſitis ſtare aduerſus inſidias diaboli: vel ſignificant ſepteꝫ virtutes .i. tres theologicas ⁊ quattuor cardinales: quibꝰ dꝫ eſſe ſacerdos adornatꝰ. Vñ aplus. Induamus arma lucis glo. arma virtutuꝫ. qꝛ non eſt licitum indutuꝫ ſacco. i. peccato in aulā regis .i. xp̄i qui eſt rex regnꝫ intrare. vt dꝛ in lib Heſter. Uel ſignificāt ꝙ dꝫ eſſe ſacerdos ſepteꝫ operibꝰ miſericordie dc ditus. Unde apl's iduimini dn̄m ieſuꝫ xp̄m: cuius miſericordie nō eſt numerus: vt dꝛ in p̄s. Uel ſignificant ꝙ ſeptem petitiones orōnis dñice in miſſa exaudiūr: niſi ſignuꝫ cuius legitur in libro Heſter ꝙ Heſter induta veſtibus regijs fuit exaudita a rege aſſuero. Uel ſignificāt ꝙ ſacerdos digne celebrans cum iſtis ſeptem veſtibus habebit ſeptem dotes in paradiſo. quattuor ex parte corporiſ ⁊ tres ex parte anime. In cuius ſigno legitur in geneſi ꝙ Jacob indutus veſtibus eſeu valde bonis habuit benedictiōeꝫ patris. Uel ſignificant ꝙ pius ieſus toto tp̄e quo mundus durabit ꝙ tp̄s ſeptem diebus voluitur erit nobiſcum p̄ns in iſto ſacro. Et ita promiſit ipſe qui non mentitur dicēs. Ego ſum vobiſcum vſqꝫ ad conſumationeꝫ ſeculi.

¶ Et ꝙ ſpecialius de vna quaqꝫ veſte dicatur. Sciendum ꝙ illa camiſia vel ſuperpellicium ſignificat ꝙ ſacerdos dꝫ hr̄e mun ditiam vite. Eſt eniꝫ illa camiſia vel ſuperpellicium de lino albo ⁊ mūdo: ⁊ pp hoc dicit ſacerdos Lauabo inter inocētes manus meas ⁊ circuundabo altare tuum domine.

¶ Amictuꝫ qd̓ ponitur ſuper caput ſignificat eleuationem mentis quam ſacerdos dꝫ habere ad deuꝫ p̄e alijs maxime qn̄ dicit miſſam: vnde ipſe dicit ſurſū corda ideſt corda ſint eleuata ſurſum ad deuꝫ ¶ Alba que ē lōga ſignificat preſeuerantiam in bonum quā dꝫ habere ſacerdos qꝛ qui perſeuerauerit vſqꝫ in fineꝫ hic ſaluus erit.

¶ Cingulum ꝙ prohibet veſtes ne ſuperfluant ſuper terram ſignificat timorem dei qui prohibet ne aīe fluant per peccatum. Quia vt dicit ſapiēs: q̄ timent deuꝫ facient bona: ⁊ que continent iuſtitiā p̄parabūt corda ſua i cōſpectu illiꝰ ⁊ ſantificabunt aīas ſuas.

¶ Manipulus ſignificat fructuꝫ bonorum operuꝫ: quem boni ſacerdotes reprobabūt in paradiſo. Unde de eiſ dicit pſalmiſta. Uenientes anteꝫ venient cum exultatione portantes manipulos ſuos. ¶ Stola ſignificat mortificationem carnis: Unde ponit̄ ad modum crucis ad denotandum ꝙ ſacerdos dꝫ portare crucē i corpore ſuo Et ita dicit apl's. Mortificationem xp̄i ieſu in corpore veſtro circunferentes. ¶ Caſula q cooperit oēs alias veſtes ⁊ p̄eminet omnibus alijs ſignificat charitatem que preeminet oībus virtutibus: ⁊ que cooperit multitudinē peccatorum in charitate ergo radicati ⁊ fundati iuſtitie viuamus vt dicit Apl's. Multe alie adaptationes p̄nt adduci ſed iſta quo adhuc ſufficiant.

¶ Cui dꝫ dari ſacrificium miſſe .ox.

quarti tractatus prime partis.

q Quoniam non eſt bonum ſu-
mere panem filioꝝ ⁊ mittere
canibus: ⁊ margarite nō ſūt
porcis donāde: cū in iſto ſacratiſſimo
ſacramēto contineatur panis viuus
qui de celo deſcendit xp̄s. ſ. verꝰ deus
⁊ verus hō. q eſt illa precioſiſſima mar
garita quā q inuenit hō abſcōdit ⁊ pre
gaudio illius vadit ⁊ vendit vniuerſa
que hꝫ ⁊ emit eam. Jō iſtud ſacramē
tū nō eſt danduꝫ canibus vel porcis. i.
peccatoribꝰ. ſ. crudelibꝰ ⁊ immundis.
¶ Ad videndum ergo qbus dꝫ dari
iſtud ſacramentū: videnduꝫ eſt primo
de modis mādu cādi iſtō ſacramētuꝫ.
¶ Sciendū ē ergo ꝙ iſtud ſacramē-
tum poteſt ſumi quattuor modis.
¶ Primo pōt ſumi corporalier tm̄.
¶ Secundo ſpiritualiter tantum.
¶ Tertio ſacramētalit̄ ⁊ corporalit̄.
¶ Quarto poteſt ſumi corporaliter
ſacramentaliter ⁊ ſpiritualiter.
¶ Quidam. n. ſumunt iſtō ſacramē-
tū corporaliter tm̄: ſicut ſi aliquis infi-
delis qui non credit in iſto ſacramen-
to eē veracit̄ corpus xp̄i. ſumeret ho-
ſtiam conſecratam: tunc ſumeret hoc
ſacr̄m corporaliter tantum: qꝛ ꝯſtat ꝙ
nō ſumeret ſpiritualiter: cū nō pcipiat
fructuꝫ ſacri. nec ēt recipere ſacramē
taliter qꝛ ille recipit iſtud ſacramentū
ſacramentaliter q credit in iſto ſacra-
mento veraciter eſſe corpus chriſti: ſꝫ
iſte vt dictum eſt non credit. quare nō
recipit iſtud ſacramentum ſacramen-
taliter ſed ſolum corporaliter. ¶ Et
idem dico de mure vel de cane: vel de
quacunqꝫ alia beſtia comedente hoſti
am conſecratam. ¶ Quidā vero re-
cipiunt iſtud ſacramentum ſpirituali
ter tantum ſicut fideles iuſti ⁊ ſancti
cum deuotione audientes miſſam vel
habentes deuotionem ad audienduꝫ
eam: qui licet non communicent: ſunt
tamen participes fructus iſtius ſacra
menti. Et ſic intelligitur verbum Au-
gu. dicentis Crede ⁊ manducaſti. cre
de. ſ. fide formata ⁊ manducaſti. ſ. ſpi
ritualiter. ¶ Quidaꝫ comedunt ſiue
ſumunt iſtud ſacramentum ſacramē-
taliter ⁊ corporaliter ſimul. ſicut falſi
chriſtiani qui ſumunt iſtud ſacramē
tum in peccato mortali: tales eniꝫ ſu-
munt corporaliter ⁊ recipiunt ſpecies
conſecratas ⁊ etiam ſumunt ſacramē
taliter qꝛ ex quo ſūt chriſtiani credūt
ſub alijs ſpeciebus corpꝰ chriſti vera-
citer contineri ⁊ ſic vtuntur ſacramen
to vt eſt ſacramētū. ¶ Sed non reci
piunt fructum ſacramenti. ¶ Qui-
dam recipiunt iſtud ſacramentuꝫ cor
poraliter ſacramentaliter ⁊ ſpirituali
ter ſimul. Sicut illi qui cuꝫ deuotione
⁊ fide exiſtentes in charitate gratia
dei recipiunt iſtud ſacramentum qui
ex preceptione iſtius multa bona reci
piūt in preſēti. ſ. grāꝫ ⁊ in futuro glāꝫ.
Scdo videndū eſt q̄ reqrūt̄ ad debi-
tā ſūptiōem huiꝰ ſacramēti. Et notan
dum ꝙ tria ſcilicet Immunita a pec-
cato mortali. Eleuatio mētis ad deū
mūdicia corpal̄ d̄ pri. dcꝫ ē vt ſ̄ i pri. c.
⁊ dicet̄ aliqd ēt i iſto. de ſcdovꝫ de ele
uatiōe mēt̄ ad deū dic̄ ſacerdos. añ i
ceptiōē canōis. Surſū corda q̄ſi dicat
ꝙ volēs ſumē iſtō ſacr̄ꝫ dꝫ hēre cor ſu
uꝫ eleuatū ad deuꝫ. Tertia. ſ. mūdicia
corporali: videmus ꝙ tractantes ali-
quod ſacramentuꝫ manꝰ ſuas lauāt.

¶ Et iō cū iſto ſacramēto tractet̄ ille
qui eſt ſanct⁹ ſanctorum requiritur in
ſumente munditia corporalis. Notā-
dum tamen ꝙ immunitas a peccato
mortali de neceſſitate requiritur ad d̄-
bitam ſumptionē hui⁹ ſacramēti. Alia
duo autem requiruntur de magna: cō
gruitate. Et ideo cum aliqua imundi
tia corporalis habeat aliquando ſecū
annexā culpam mortalem ⁊ ebetudi-
nē mēt[is] .ſ. pollutio que accedit ī ſōnis.
¶ Vidēduꝫ eſt de iſta pollutione q̄
mō impedit ſumptionem iſtius ſacra-
menti. Sciendum eſt ergo. Qȫ pollu
tio que accidit ī ſōnis nō eſt peccatum
de ſe. Sed poteſt eſſe effectus peccati
mortalis vel venialis vl' nullus ſecun-
dum ꝙ cauſa eius poteſt eſſe vel pec-
catuꝫ mortale vel veniale vel nullum.
¶ Semp̱ ergo recurrēduꝫ eſt ad cau
ſam. Unde prouenit iſta pollutio po-
teſt autem iſta pollutio prouenire vel
ex cogitatione p̄terita vel ex ebrietate
⁊ crapula vel ex temptatione diaboli-
ca vel ex infirmitate vel alleuiatione
nature. Primis duobus modis nō po
teſt eſſe ſine peccato mortali vel venia
li. Quia ſi cogitatio eſt ⁊ cum conſen-
ſu preceſſit vel ebrietas vel crapula fu
it deliberata vel conſuetudinaria fuit
peccatum mortale: ⁊ ideo talis pollu-
tio impedit de neceſſitate ſuſceptionē
iſtius ſacramenti. ¶ Si autem cogi-
tatio non fuit deliberata vel cum con-
ſenſu deliberato vel ebrietas non fuit
deliberata nec conſuetudinaria. fuit
peccatum veniale: ⁊ ideo talis pollu-
tio non impedit de neceſſitate ſumpti
onem iſtius ſacramenti: ſed tamen cō
gruitate impedit. ⁊ potiſſime ſi fuit cuꝫ
turpi imaginatione: quia ex tali ima-
ginatione vt communiter deprimitur
mens. Sed ſi ſit aliquid ꝙ preponde-
ret ſicut deuotio feſtiuitatis: vel timea
tur de ſcandalo non debet dimitti ꝓ-
pter hoc preceptio corporis chriſti. Si
autem proueniat ex illuxione diaboli-
ca non credo ꝙ debeat dimitti maxi-
me ſi eueniat tempore magne feſtiui-
tatis vel generalis communionis.
¶ Si autem eueniat ex nature infir
mitate vel alleuiatione: ſi dimittat̄ ꝑꝑ
reuerentiam laudabile eſt niſi ſit ali-
quid ꝙ reformet peccatum vt dictuꝫ ē
ſupra. Et illud decretum ꝙ dicit ꝙ ho
mo poſt taleꝫ pollutionē dꝫ abſtinere
vigintiquattuor horis intelligendum
eſt cum diſtinctione predicta ¶ Vi-
ſo ergo quot modis ſumitur iſtud ſa-
cramentum: ⁊ que requiritur ad debi
ta ſuſceptionem eiuſdem: videndum ē
nunc qui debent iſtud ſacr̄m ſumere.
¶ Debꝫ .n. ſumi a ieiunijs: vt .vij. q. i.
¶ Nihil de conſe. di. v. Ieiunij.
¶ Notādū vero ꝙ duplex ē ieiuniū
q̄ quoddā ieiuniū eſt nature ⁊ quod-
dam ieiuniū eſt eccleſie. ¶ Ieiunium
nature ſoluitur per ſumptioneꝫ cuiuſ-
cunqꝫ cibi vel pot⁹. ¶ Ieiuniū eccle-
ſie ſoluitur per commeſtionē cuiuſcun
que ſumpti in modum cibi: vna come
ſtione accepta. ¶ Quādo ergo dicit̄
ꝙ iſtud ſacr̄m eucharistie debet ſumi
a ieiunis intelligitur a ieiunis nature:
q̄ primo debꝫ intrare in os xp̄iani iſte
ſanctiſſimus cibus quam qcūqꝫ alius
cibus: ita quod quicunque ſumit iſtū ci
bū ſacroſanctum: nihil añ ſumpſerit il
la die ꝑ moduꝫ cibi vel pot⁹. ¶ Ve-
rūtamen q̄ neceſſitas non habꝫ legeꝫ

ꝛ i firmis nō eſt lex poſita: ifirmi ꝛ il
li qui ſunt i infirmitate ɔſtituti n̄ ſunt
obligati ad hoc quia quacunqꝫ hora
ſiue de die ſiue de nocte ſiue poſt prā/
dium ſiue ante poſſunt qn̄ eis neceſſe
fuerit ſumere iſtō ſacramētū. ¶ Sꝫ
quid ſi aliquis ſacerdos vel alius q
debet coicare: de mane lauet ſibi os ꝛ
tranſglutit aliquid de aqua: nunquid
impeditur ſuſceptio iſtius ſacramēti
Dico ꝙ ante ſumptionem iſtius ſacri
decens eſt vt quilibet ꝛ ſpiritualiter ꝛ
corpaliter mundetur quātū poteſt ꝛ
hō lauare os ante ſuceptionem iſtius
ſacri approbo ꝛ laudo ita tamē ꝙ ca/
ueatur ne aliquid de aqua tranſglu
tiatur ſcienter: Veruntamen ſi aliqd
tranſgultiatur: ſed nō in magna ꝛ no
tabili quantitate tamen tranſglutiat̄
cum ſalina ꝛ per modū ſaliue: non cre
do qō impediat ſuſceptionem iſtius ſa
cramēti. ¶ Sed ponatur ꝙ aliqs de
nocte comederit aniſum vel feniculuꝫ
vel aliquid aliud: de reliquijs reman/
ſerit inter dentes: ꝛ cum ablui os trā/
ſglutit aliquid de hoc quod remanſit
inter dentes: nunquid impeditur ad
ſumptionem huius ſacramenti. Dico
ꝙ non ex quo ſcienter non facit: ſꝫ trā
glutit in modum ſaliue. ¶ Iſtud ſa/
cramentum non debet ſumi niſi ab il
lo qui hꝫ vſū rōnis vn̄ nō dꝫ dari pue
ris anteꝙ preueniant ad ānos diſcre
tionis ſicut habetur extra de pe. ꝛ re.
Omnis vtriuſqꝫ ſexus quia an̄ iſtud
tempus neſciunt diſcernere inter iſtuꝫ
cibum ꝛ cibum corporalem: ꝛ ſic ſi ex
hibent reuerentiam tanto ſacr̄o debi/
tā. Eadem rōne iſtud ſacr̄m nō ē dan
dū amētibus ꝛ furioſis. Diſtinguēdū
tū eſt de iſtis: quia aut tales fuerūt fu
rioſi a natiuitate ita ꝙ nunꝙ habuerūt
vſum rationis: ꝛ tunc credo ꝙ talib9
non debeat dari: quia iſtō ſacramen
tum requirit actualē deuotionē i ſuſci
piente: ꝛ tales non habuerunt vl' non
poſſunt habere eā. Aut tales aliquoti
ens habuerunt vſuꝫ rationis: ſed ami
ſerunt ipſum propter aliqua lucida in
interualla. Tēpore ergo ꝙ hn̄t illa lu/
cida interualla ſi petant cum deuotio
ne iſtud ſacr̄m ꝛ velint reuerent reci
pere debet eis dari ita tamē ꝙ tempo
re furie nullo mō eis det̄ pp cauſaꝫ iā
dictam. ¶ Freneticis etiam non dꝫ
dari iſtud ſacr̄m maxime ſi timeat̄ de
irreuerentia ad ſacramentum ſicut de
puitione vel de aliquo tali. Loquor đ
freneticis in quibus ligatus eſt omni
no vſus rōnis. ¶ Demoniacis etiā ſi
cum reuerentia ꝛ deuotione peterent
credo ꝙ deberet dari cum tales habēt
vſum rationis ꝛ actualem deuotioneꝫ
ad ſacramentum ꝛ credo ꝙ tantaꝫ đ
uotionem poſſunt habere ad ſcr̄m ꝙ
virtute iſtius ſacramenti a demonio li
berarētur. ¶ Leproſis etiam non dꝫ
dari iſtud ſacramentum ꝙ intelligo đ
leproſis ſic infectis ꝙ non poſſunt cor
pus dominicum ſic tractare quin rei/
cerent ipſum ſicut multi quibus cecide
runt labia ꝛ dētes ꝛ ſunt totaliter cor
roſi vſque ad guttur ſicut legitur de q̄
dam monacho ciſtercienſis in vita ſā
cti Lodouici quondam regis frantie:
cui quando ponebatur bolus in ore:
cadebat ſibi bolus đ ore ꝛ tali ſic lepro
ſo non debꝫ dari corpus chriſti. Alijs
autem leproſis poteſt dari.
¶ Sacerdos aūt leproſus non dꝫ in

pñtia populi celebrare ſed ſi ad partẽ vel in ſecreto vellet poſſet celebrare. Et ita intelligo illa caplá extra de cle rico ergo tante de rectorib⁹ ꝛ tua nos Hugu. etiã dicit ꝙ ſacerdos leproſus poſſet etiam celebrare alijs leproſis.
¶ Damnatis etiam ad mortem pro criminibus ſuis niſi de gratia ſpec ali non datur corpus chriſti ſicut illis qui ſuſpenduntur vel cumburuntur vl' ſb merguntur vel decolantur vel quomo dolibet aliter de quo habetur i clemẽ. de peni. ꝛ remiſſio. ¶ Illis autem q ꝑ crimie hereſis cumburunt̃ ſi cuꝫ de uotione ꝛ humilitate ꝛ reuerentia pe tant dꝫ dari eis corp⁹ xp̃i ſicut habet̃ ex̃ de hereticis caplo ſup eo. libro ſex.
¶ Sed nunquid exiſtenti i peccato mortali dandum eſt corpus chriſti?
¶ Dicendum ẽ ꝙ peccatum aut ẽ no torium aut occultum. Si eſt notorium puta notorius vſurarius vel notorius concubinarius vel alias notorius pec cator ꝛ non deſiſtat ꝛ ſecundum ſtatu ta eccleſie cõdigne peniteat non eſt ſi bi dandum corpus chriſti quãtũcũqꝫ petat immo ſibi dicendum eſt. Amice non eſt bonum ſumere panem filiorũ ꝛ mittere canibus. Si autem peccatũ eſt occultum aut iſte petit corpus chri ſti tempore quo tenetur communicar̃ puta tẽpore generalis cõmunionis vl' quia eſt infirmus ꝛ ſic de alijs caſib⁹ i quibus tenetur quilibet communicar̃ aut petit alio tẽpore. ¶ Si petit alio tempore quantũcunqꝫ petat i publi co non tenetur ſacerdos dare ipſuꝫ ſi bi ſed debet ſibi dicere. Amice non eſt tempus modo cõmunicandi ꝛ ideo ñ do tibi corpus chriſti modo ſed expe cta tempus ſtatutuꝫ. Si autem petat tempore ſtatuto quo tenetur commu nicare tunc aut iſte petit corp⁹ chriſti in publico aut in ſecreto. ¶ Si in ſe creto petit non eſt ſibi dandum immo eſt mundus ne petat in publico ſibi da ri corp⁹ xp̃i: ſed ſi talis pertinax in ma licia ſua petit in publico ſibi dari cor pus chriſti ſacerdos dꝫ ſibi dare ipm quia non dꝫ eum prodere nec aliquis debet priuari iure ſuo quouſqꝫ fuerit decleratum ipſum amiſiſſe ius illud. Et iõ cum quilibet parrochianus ha beat ius petendi corpus chriſti a ſuo curato ꝛ curatus ſit obligatus ad dan dum iſto tempore corpus chriſti par rochianns ſuis ꝛ nullus fidelis priue tur iſto iure niſi per peccatum morta le nec debet priuari iſto iure quouſqꝫ ſit notorium ipſum peccatum mortale commiſiſſe. Et ideo quantumcunque ſacerdos ſciat ſubditum ſuuꝫ eſſe i pec cato mortali niſi peccatum ſit notoriũ non debet ſibi denegare corpus chriſti ſi tempore ſtatuto ꝛ in publico petit ip ſum ſibi dari. ¶ Et ita legitur feciſſe beatus Bernardus qꝛ cum quedam die communicaret monachos ſuos q dam quem ſciebat beatus Bernard⁹ eſſe in peccato mortali cum alijs acceſ ſit ad communioneꝫ. Et beatus Ber nardus dedit ſibi corpus chriſti. dicen do ſubmiſſa voce. ¶ Iudicet domi nus inter te ꝛ me. qua ſi vellet dicere. Dominus ſcit ꝙ tu indigne accedis. ꝛ ego non poſſum tibi denegare ꝛ ip ſe iudicet inter te ꝛ me. ¶ Et ſtatim ille miſer ſumpto corpore chriſti ceci dit mortuus. ¶ Et ideo quilibet ca ueat ſibi ne indigne accedat non enim

notabile dicte 28

noceret ſacerdoti: ſed ſibiipſi. Et ſacer
dos benefaceret ſi iſtud exemplum ⁊
ſimilia frequenter ſuis ſubditis nunci
arent. ¶ Sed nunquid ſuſpectis de
crimine debet dari iſtud ſacramentū.
Dico ꝙ triplex eſt ſuſpicio quia que/
dam ſuſpicio eſt violenta: quedam ꝓ
babilis quedam leuis. ¶ Suſpicio
violenta eſt illa contra quam non ad
mittit̃ probatio: ſicut ſi aliquis inueni
tur cum aliqua in lecto ſolus cū ſola
nudus cū nuda: loco ⁊ tp̄e ad hoc ſta
tutis: nec etate nec parentela nec aliq̄
alio obſtantibus eſſet violenta ſuſpi/
tio vel preſumptio ꝙ cognouiſſet eam
ita ꝙ non admitteretur probatio in cō
trarium. ¶ Probabilis ſuſpicio ē illa
que oritur ex aliquibus ſignis probabi
libus: ſicut ſi aliquis inueniretur cum
aliqua frequenter loquens in locis ſu
ſpectis eſſet probabilis ſuſpicio ꝙ ali
quid male agerēt. ¶ Leuis ſuſpicio
eſt que oritur ex fatua ⁊ inordinata ſu
ſpicione alicuius: ⁊ iſta dicitur leuis. i.
fatua ſuſpicio: ſicut ſi viderem aliquē
bonum virum aliquam bonam iuuē
culam ſalutantem vel ſibi arridentem
non in loco vel in tempore ſuſpectis fa
tuum eſſet ne preſumere ꝙ male age/
rent: ⁊ de tali dicit Salomon. qui cito
credit leuis eſt corde. ¶ Quando er
go queritur vtrum ſuſpectis de aliquo
crimine debet dari corpus chriſti: di/
co ꝙ ſi de aliquo habeatur ſuſpicio vi
olenta de aliquo crimine notorio: ꝙ
tali debet negari corpus chriſti verbi
gratia. de aliquo habetur ſuſpicio vi/
olenta ꝙ ſit notorie hereticus vel vſu/
rarius vel cōcubinarius ⁊ ſic de alijs:
dico ꝙ antequam detur ſibi corpus
chriſti debet ſe purgare de huiuſmodi
crimine: vt habetur extra de purgati/
one capitulo tertio. ¶ Si autem ha
beatur de eo ſolummodo ſuſpicio pro
babilis nō debet ſibi denegari corpus
chriſti quouſque ſit probatum contra
ipſum licet ſi notorie haberetur talis
ſuſpicio contra eum eſſet monendus
ꝙ purgaret ſe anteꝗ̄ accederet ad cō
municandum: ⁊ ſi abſtinet bene face/
ret. ¶ Si autem preſeueranter inſta
ret ⁊ negaret crimen de quo probabi/
liter. preſumeretur contra eum nō cre
do ꝙ ante probationem eſſet priuan/
dus iure ſuo ꝙ habet in petendo ⁊ ac
cipiēdo corpus chriſti: preſertim cum
res ſua agatur.

¶ Et ſi idigne accipit nocet ſibi ⁊ nō
alijs: tñ credo ꝙ ſacerdos pōt ⁊ dꝫ di/
cere ſibi ad terrorem aliqua verba cō/
minatoria dicendo ſi digne accipis:
proficiet tibi ad ſalutē corporis ⁊ ani
me: ſi indigne: iudicet dominus inter
te ⁊ me. ¶ Si autem leuis ſuſpicio
habeatur contra aliquē de quocunqꝫ
crimine: propter talē ſuſpicionem cū
ſit leuis ⁊ fatua: in nullo debet agi con
tra eum in ſpeciali. ¶ In generali ta
men eſſet bonum ſi ſacerdos diceret
aliqua verba oſtendendo ꝙ nullus d
bet preſumi eſſe malus niſi conſtet ꝓ
certo: quia multi multa loquuntur.

¶ Et ꝙ ꝗlibꝫ dꝫ ſe purgare ⁊ q̄ ad
deū ⁊ q̄ ad ꝓximū anteꝗ̄ accedat ad iſ
tud ſacrū. ¶ Sed nunquid excom/
municatis debꝫ dari iſtud ſacramētū?
¶ Dico ꝙ nō quādiu ſūt excommu/
nicati: diuiſi ſunt a preceptione ſacra/
mentorum ⁊ communione fidelium.
¶ Sꝫ quid ſi aliquis excōmunicatꝰ

q cito credit leuis est corde

eſt in periculo mortis ⁊ petit ſibi cor-
pus chriſti dari: Dico ꝙ aut iſte eſt ex
communicatus a canōe: ſiue a iure: ſiue
a iudice. ¶ Si ſit excommunicatus
a canone ſiue a iure: ſacerdos debꝫ eū
abſoluere: ſi petat humiliter abſoluti-
onem. quia in periculo mortis ſacer-
dos ſimplex poteſt abſoluere a quacū
que ſententia excommunicationis la-
ta a canōe etiaꝫ ſi abſolutio eſſet ſedi
apoſtolice reſeruata. ¶ Debet tamē
in quocunqꝫ caſu abſolui ſub iſta for-
ma ꝙ ſi dominus preſtet ſibi vitaꝫ ꝙ
ſtatim ⁊ tam cito quam cito comme-
dere poterit: vadat ad eum qui eum
abſoluere poteſt: mandatum illius ſu-
per illis pro quibus fuerat excommu
nicatus humiliter recepturus ⁊ ſi non
faciat ſtatim: relabitur in eamdem ſē-
tentiam excommunicationis ipſo iu-
re. vt habetur de ſententia excommu-
nicationis capitlo eos qui libro ſexto.
Si autem excommunicatus a iudice
aut eſt pro contumacia tantum: aut ꝓ
aliquo debito vel quocunque alio mō
debet abſolui ſi petit humiliter abſolu
tionem. ita tamen ꝙ det pignora vel
cautionem idoneam ꝙ parebit idest
obediet mandatis eccleſie ſatiſfaciet
paſſis iniuriā. ⁊ ſi nequid dare pigno-
ra vel cautionem iuret ꝙ ſatis faciet
quam cito poterit. ¶ Sed ſi aliqs exi
ſtens in peccato mortali vel excōmu-
nicatus exiſtēs in ꝑiculo mortꝭ mittit
pro ſacerdote vt ꝯfeſſiōeꝫ eiꝰ audiat ⁊
det ſibi corpus xp̄i ⁊ anteꝙ ſacerdos ve
niat ad eum amittit loquella. nūqd dꝫ
ſibi corpus xp̄i. Dico ꝙ ſi intelligit ali
quid monendus eſt ſi non poteſt loq
oſtendit aliqua ſigna contritionis.

ſicut ꝙ coniunctas manus eleuet ad
deum ⁊ percutiat pectus. ⁊ per aliqua
ſigna oſtendat ſe petere abſolutionē
a peccatis ⁊ a ſententia excommuni-
cationis. ⁊ parentes ⁊ amici eius de-
bent loco ⁊ vice eius promittere ⁊ fide
iubere vel dare pignus ſi poſſunt ꝙ ſi
dominus preſtet ſibi vitam preſenta-
bit ſe conſpectui eius qui eum abſol-
uere poteſt mandatum eius humilit̄
recepturus: ⁊ ſic debet abſolui ⁊ com-
municari. Si autem nihil intelligit: ſꝫ
conſtet ⁊ probari poteſt ꝙ ſigna con
tritionis: ⁊ penitentie preceſſerint: de
bet abſolui ⁊ communicari: receptis
tamen primo cautionibus vel pigno-
ribus vel iuramēto a parentibꝰ vl̄ ab
amicis per modum qui dictus ē ſup̄.

¶ De ritu miſſe: c. xi. quarti tracta-
tus prime partis.

q Uomodo honeſte ⁊ ſm̄ ordi
nem oīa fiant. verbum ē apo
ſtoli informantis ⁊ inſtruen-
tis nos quomodo ordinate ⁊ honeſte
opera nr̄a: ⁊ maxime illa que ad cultū
dei pertinent faciamus: inter q̄ miſſa
eſt principalior. Si ergo in alijs nr̄is
operibus honeſte ⁊ ordinate nos ha-
bere debemus multomagis in miſſa.
¶ Dicēdū ē ergo nūc de ritu miſſe. i. de
mō q̄ debet dici miſſa. ¶ Sciendum
eſt ergo ꝙ ſacerdos armis ſpūalibus
armatꝰ. i. ſacris veſtibꝰ de quibus ſu-
pra dictum eſt: indutus debꝫ procedē
ad altare. Et quia vt dicit Salomon
Sapiens in principio ſermonis accu
ſator ē ſuiipſiꝰ. Jdō p̄mo debet accuſa-
re ſeipſum ſacerdos i confeſſiōe faciē
do ꝯfeſſiōem gnālem: que valet ad re
miſſiōeꝫ peccatoꝝ venialium ⁊ morta

lium oblitorum. Sed de mortalibus ď
quibus recordatur debet antequam ī
duat ſe vel añꝙ accedat ad altare ſa-
cramentaliter confiteri facta confeſſi
one procedat ad miſſam. ¶ Notan
dum autem quare iſtud ſacramentuꝫ
vocatur miſſa. ¶ Secundum Augu
ſtinum miſſa dicitur quia dum iſtď ſa
cramētū conficitur mittiᷣ celeſtis miſ
ſus. Et ſecundum ꝙ exponit Innocē
tius: iſte celeſtis miſſus eſt magni con
ſili angelus: ⁊ mittitur iſte ad conſecrā
dum ⁊ iſte eſt ſacerdos inuiſibilis qui
principaliter conſecrat ⁊ conficit hoc
ſacramentum vbicunqꝫ conficiatur.
Unde ipſe eſt ſacerdos ⁊ ſacrificium
vt dicitur ab Auguſtino. Aliaꝫ rōneꝫ
aſſignat Hugo dicens ꝙ ipſa hoſtia
pōt vocari miſſa: q2 tranſmiſſa eſt pri
mum a patre vt eſſet nobiſcuꝫ: poſtea
a nobis patri vt ꝓ nobis intercedat.
¶ Sciēduꝫ ꝙ miſſa in tribꝰ linguis
celebratur. ſ. hebraica greca ⁊ latina.
¶ Nam all'a ameꝫ oſana: ſabbaoth
ſumiᷣ de hebraica. kyrieleiſon xp̄eley
ſon ſumuntur de greca. reliqua omnia
ſunt latina. ¶ Diciᷣ aūt miſſa i iſtis
tribus linguis: q2 titulus xp̄i in cruce
pendentis fuit ſcriptus hebraice gre-
ce ⁊ latine. ¶ Diuidiᷣ auteꝫ miſſa in
quatuor partes. ſ. i obſecratiōes. ora
tiones poſtulatiōes ⁊ gratiarum actio
nes. ¶ Prima pars protendiᷣ a prin
cipio vſqꝫ ad offertorium. ¶ Secū-
da ps̄ protenditur ab offertorio vſqꝫ
ad finem orōnis dñice. ſ. pater noſter.
¶ Tertia ps protēdiᷣ vſqꝫ ad cōmu
nicatiōē. ¶ Quarta ps ꝓtēdiᷣ vſqꝫ
ad finē. ¶ Prima ps continet i ſe de
cē vel vndecim partes. ¶ Nā primo
dicitur introitus: ⁊ diciᷣ introitꝰ q2 tūc
primo ſacerdos miniſtraturꝰ ad alta-
re dꝫ intrare. ¶ Et ſciēduꝫ ꝙ antiq
tus loco introitꝰ dicebaᷣ totus vnꝰ p̄s
⁊ cantebaᷣ a clero circa gradus alta-
ris: ⁊ ideo vocaᷣ graduale. Sꝫ Hie-
ronymꝰ ex mādato Damaſij pape ec
cleſiaſticum officiū ꝓ maiori p̄te p̄ter
cantum inſtituit ⁊ ordinauit itroitus
diuerſos ſm̄ diuerſitateꝫ feſtoꝝ ⁊ die
rum ⁊ de illo pſalmo qui loco introi-
tus cātebaᷣ accepit vnū verſū. ¶ Et
eſt ſciendū ꝙ in ꝓfeſtis diebus itroitꝰ
bis cantaᷣ ad ſignificādū ꝙ i xp̄o ſūt
due nāe: humana. ſ. ⁊ diuina: In ſolē-
nitatibꝰ dr̄ ter ad deſignanduꝫ tria tē
pora. ſ. tp̄s quod fuit añ legē: ⁊ tp̄s ſb
lege: ⁊ tp̄s gr̄e. Unde duabꝰ p̄mis vi-
cibus dr̄ ſub miſſe: q2 in p̄mis duobuſ
tēporibus non apte: nec clare loqbāᷣ
hoīes ď xp̄o. Tertia aūt vice dicitur al
te q2 in tertio tp̄e in oēm terram exiuit
ſonus euāgelij. ¶ Poſt introitū ſeqᷣ
kyrieleiſon. xp̄eleiſon kyrieleiſon ideꝫ
eſt ꝙ dñe miſerē. xp̄eleiſon idem eſt ꝙ
xp̄e miſerere. Et diciᷣ ter ꝓpter prēm
⁊ filiū ⁊ ſpūꝫ ſcm̄: Et diciᷣ nōies pp
nouē ordines angloꝝ qbꝰ v̄tute miſſe
aſſociari petimꝰ. In diebus ſolēnibꝰ
poſt kyrieleiſon. cātatur hymnꝰ ange
licꝰ. ſ. Gl'ia i excelſis dō. Quē hymnuꝫ
i natiuitate xp̄i āgeli cātauerūt vſqꝫ ibi
bone volūtatꝭ reliq oīa. ſ. laudamꝰ te
⁊c. q̄ ſequūtur beatus Hilarius picta
uienſis ep̄s cōpoſuit: ⁊ ad miſſaꝫ cāta
ri inſtituit ⁊ debet cantari iſte hymnꝰ
in feſtis apoſtolorum: martiriuꝫ ꝯfeſ
ſorum: quoruꝫ honore dedicata eſt ec
cleſia. Et in feſtiuitatibꝰ beate Ma-
rie. Sꝫ qñ in diebꝰ ꝓfeſtis cantaᷣ miſ

ſa de btã v̇gine: vl̕ de ſpũ ſcõ: vl̕ ḋ q̄cũ
q̄ȝ alio ſcõ: ñ dȝ i ea hymnꝰ ãgelicꝰ vl̕
ſimbolũ ḋ cãtari: lȝ i miſſa ꝓpa p̄fatõ
ḋcãteť. Et rõ eſt vt dicať de cele. miſ. c.
cõſiliũ vt inter cõmemorationeȝ ⁊ ſo
lẽnitateȝ differentia oñdatur. ¶ In
ſabbato autẽ quãdo cantať ḋ beata v̇
gine: credo ꝙ debȝ dici gl̃a in excelſis
deo: qꝛ illa dies eſt ſpecialiter dedica-
ta btẽ virgini ꝑꝑ multa q̃ nõ oȝ hoc di
ci. ¶ Dicto hymno ãgelico ſacerdos
conuerſus ad populum ſalutat ipſum
dicendo Dominus vobiſcuȝ. Que ſa
lutario ſumpta fuit ex veteri teſtamẽ
to ſcilicet de libro Ruth. quando dixit
meſſioribus bonum: dominus vobiſ
cum. Sciendũ tamen ꝙ ep̃s loco: do
minus vobiſcum; dixi pax vobis: q̃a
ep̃s repñtat perſonam xp̃i qui quan
do ſalutabat diſcipulos ſuos dicebat
pax vobis. ¶ Et ſciendum ꝙ in ec
cleſia quamuis non ſit niſi vnus ſem
per tamen ſacerdos dicere debet dñs
vobiſcum: qꝛ tote eccleſie loquiť: ⁊ re
ſpondetur: ⁊ cum ſpiritu tuo. q̃ reſpõ
ſio fuit ſumpta ab apoſtolo i epiſtola
ad Thimoteum. ¶ Poſt ſalutatiõeȝ
⁊ reſponſione ſubiũgit ſacerdos. Ore
mus loquens quaſi ſindicus in perſo
na totius populi: ⁊ dicto Oremus di
cit orationem ⁊ iſta oratio vocať col
lecta: quia olim ſacerdos ſiue epiſco-
pus omni poplo collecto dicebat iſtã
orationem. Quia vero tẽporibꝰ nr̃is
non poſſumus ita populum colligere
dicimus orationem que generali ⁊ an
tiquo vocabulo retento vocatur colle
cta. ¶ Et ſciendum ꝙ orationes in
miſſa debent dici ſub certo numero vȝ
ꝙ dicatur vna: vel tres vel quique vel

ſeptem. ¶ Quando dicať vna ſigni
ficat vnitatem eſſentie que eſt in tribꝰ
perſonis. ¶ Quando dicuntur tres
ſignificant trinitatem perſonarum.

Nam prima ſignifitat perſonã pa
tris. Secunda perſonã fili. Ter
tia perſona ſpiritus ſancti vel dicunť
tres: quia chriſtus in paſſione ſua cu
ius ſacramentum iſtud eſt. memoria
le ter legitur oraſſe. Primo quan
do orauit vt tranſiret ab eo hora paſſi
onis. Secũdo qñ dixit pater igno
ſce illis quia neſciunt quid faciunt.
Tertio quando dixit pater in manus
tuas domine commendo ſpirituȝ me
um. Quando dicuntur quinque
orationes ſignificant memoriam quin
que vulnerum chriſti Septeȝ ve
ro dicuntur ad denotandum ꝙ ſacer
dos ſi digne dicat miſſam exauditur
pro omnibus ſeptem petitiõibus que
in oratione dominica continentur vel
ad ſignificandum ꝙ petit ſeptem dõa
ſpiritus ſancti ſibi ⁊ alijs pro quibus
dicit miſſam virtute miſſe infundi. ⁊
vt dič magiſter Joan. Belleti nõ dñt
dici vltra ſeptẽ. Et ẽ ſciẽdũ ꝙ quã
do dicitur miſſa per viuis non debet
dici aliqua collecta pro defunctis nec
econuerſo in miſſa pro defunctis nõ
debet dici oratio pro viuis niſi illa cõ
munis. ſ. omnipotens ſempiterne deꝰ
qui viuorum dñris ⁊c. Si autem
in miſſa pro viuis in aliquo caſu dica
tur collecta pro mortuis illa collecta
non debet dici vltima pro mortuis ſȝ
penultima vel ante penultima quia fi
nis debet reſpondere omni principio
⁊ dictis collectis reſpondetur amen.
ad confirmationem. Collectis ſi

nitis dicitur epiſtola que dicit̄ ad po/
puli informationem: ⁊ dicitur epiſto-
la ab epi ꝙ eſt ſupra. ⁊ ſtolon ꝙ eſt mi
ſtio: quaſi ſupra miſſa quia epiſtole
fuerunt miſſe̅ euangeliſtis. Et no/
ta ꝙ nullus debet dicere epiſtolam in
miſſa niſi fuerit ſubdiaconus vn̄d me
lius eſt ꝙ ſacerdos legat eam ꝙ̄ puer
qui iuuat eum ad miſſaꝫ. ¶ Poſt epi
ſtolam dicat reſponſoriuꝫ: ⁊ ſic nomi-
natur quia v̄ſui ſuo vel epiſtole reſpō
dere debet verſus vero dicitur a v̄ten-
do: quia illi qui dicunt ipſum debēt ſe/
vertere ad orientem. ¶ Poſtea dicit̄
all'a cum verſu ſuo ꝙ idem ē qđ canti
cum letitie: vnde tempore ieiuniorum:
ꝙ eſt tempꝰ luctus non debꝫ dici all'a
nec eadem ratione in miſſa pro mor/
tuis. ¶ In magnis ſolēitatibꝰ poſt
all'a debet dici ſequentia .i. proſa: q̄ ēt
eſt canticum letitie: ⁊ ſignificant iſta
duo letitiam ⁊ gloriā paradiſi ad quā
v̄tute miſſe ide vc̄ire ſpamꝰ. ¶ Poſt
hoc imediate dicitur euangeliuꝫ. Et i
principio ille qui legit euangelium ſa/
lutat populum vt reddat eum attentū
ad audiendum euāgelium. ¶ Dicit̄
autem euangelium ab eu ꝙ eſt bonuꝫ
⁊ angelus qꝛ eſt nuncius quaſi bonus
nuncius: qꝛ in euangelio nunciat̄ xp̄s
qui eſt magni conſilij angelus vel qꝛ
in eo nunciant̄ omnia que pertinent
ad ſalutem noſtrā. ¶ Et no. ꝙ quaꝫ
do euangelium ſumitur de principio:
debet dici Inicium ſancti euangelij.
Sicut in euangelio. Liber generatio
nis: ⁊ i euangelio fuit in diebus hero-
dis regis: ⁊ in euangelio. In principio
erat verbum. Quando v̄o euangeliū
non ſumitur de principio: debet dici ſe
quentia ſancti euangelij ⁊c̄. Et eſt ſē/
ſus verba ſequentia ſunt verba ſancti
euangelij. ¶ Notandum ꝙ dicto ti-
tulo euangelij dꝫ rn̄deri Gloria tibi
dn̄e: qꝛ in euangelio agit̄ đ gloria dei
⁊ noſtra q̄liter videlicet xp̄s diaboluꝫ
vicit ⁊ nos redimit ⁊ victor ad gloriaꝫ
p̄ris aſcendit. Et ideo auditores euā-
gelij letantes ad laudē ſui redemptor
is exclamāt dicentes Gloria tibi dn̄e
quaſi dicāt dn̄e gloria tua que in euan
gelio predicat̄ nobiſcuꝫ ſine fine ꝑma-
neat ⁊ ſemper creſcat. ¶ Notanduꝫ
ē ꝙ qn̄ legitur euangeliū duo cerei de-
bent incendi in ſignuꝫ ꝙ dn̄s miſi di-
ſcipulos binos: ⁊ binos ante faciem
ſuam predicare euangelium. ¶ Illđ
ergo eſt notandū ꝙ tā cito ꝙ̄ cito dꝛ
Sequentia vel Inicium ſancti euan
gelij ſm̄ ꝙ eſt ſupra dictū tunc tam cle
ricus ꝙ̄ laicus tam proferens ꝙ̄ audi
ens debent ſe munire ſigno crucis in
ore ⁊ in pectore ⁊ in fronte qꝛ frons
eſt locus verecundie. vnde homines
inuerecundos effrontes .i. ſine fronti
bus appellamus. ¶ Per hoc ergo ꝙ
fronti ſignum crucis īponimus ſigni
ficamus ꝙ non erubeſcimus credere
i xp̄ꝫ crucifixum ⁊ euꝫ verū deuꝫ ⁊ ve
ruꝫ hominem cōfiteri. In hoc aūt qđ
os ⁊ pectus ſignamꝰ oſtēdimus nos
audacter ⁊ ſimpliciter confiteri ore ⁊
fideliter ⁊ firmiter credere corde xp̄ꝫ
crucifixum: cuius liber legitur deum ⁊
dn̄m noſtrum eē. ¶ Sacerdos itaqꝫ
⁊ diaconus euangeliuꝫ lecturus ſe ſi/
gnat in fronte i ore ⁊ in pectore quaſi
dicat nō erubeſco euangelium ipſum
ore predicare ⁊ corde credere. ¶ Li
brū aūt ſignat ac ſi dicat hic autem eſt

liber crucifixi. ¶ Dum aūt dicitur
euāgeliū cuncti deponant velaia capi-
tum propter duo ¶ Primo ondēdū
ꝙ euangelica doctrina oia velamina
legis antique remouit. ¶ Secundo
ad ſignificandum ꝙ omnes quinque
ſenſus debent eſſe aperti ad audiēdū
euangelium. ¶ Et ſciendū eſt ꝙ ille
qui dicit euangeliū dꝫ habere faciē ad
aquilonem in ſignum ꝙ virtute euan-
gelij debemus nos munire contra in-
ſidias diaboli q̄ veniunt abaquilone
quia vt dicit Jeremias. Ab aquilone
pandet̄ omne malum. ¶ Finito eti
am euangelio: quilibet debet ſe muni-
re ſigno crucis contra diabolum: ne
rapiat euangelium de ore eius. Poſt
euangelium immediate ſequitur ſym-
bolum fidei. ſ. Credo in vnum deum
quod non debet dici niſi in diebus ſo-
lemnis nō tñ in omnibus: ſꝫ ſolū i illis
de quibus fit mentio in ſymbolo.
¶ Unde dꝫ dici in omnibus diebus
dominicis: ꝛ in feſto trinitatis: ꝛ in na
tali ꝛ in circumciſſione ꝛ i epiphania:
in paſcha ꝛ in aſcenſione: ꝛ in penthe-
coſte in feſto omnium ſanctorum: in
transfiguratione dñi: ꝛ in feſtis beate
virginis: ꝛ oīuꝫ apoſtolorum ꝛ ſancte
crucis. Jn alijs aūt ſolēnitatibꝰ nō dꝫ
dici. Dicto aūt ſymbolo ſequitur offer
torium: qḋ dr̄ ab offerendo qꝛ tūc offe
rimus ea que ſunt neceſſaria ad miſ-
ſam. ſ. panem vinum ꝛ aquaꝫ: ꝛ ſacer-
dos offert iſta deo dicendo. Suſcipe
ſancta trinitas ꝛc̄. ꝛ facit ſignum cru-
cis ſuper paneꝫ ꝛ vinuꝫ: ad hoc vt deꝰ
ea ſanctificet. ¶ Et nota ꝙ ſacerdoſ
benedicit aquam ꝛ non vinum: Quia
aqua ſignificat populum qui indiget
benedictione dei: vinum ſignifiat xp̄ꝫ
qui eſt ſuper omnia benedictus: ꝛ in
hoc terminatur prima pars miſſe. q̄ ē
ad populi inſtructionem ꝛ perperatio
nem ad tantum ſacr̄m. ¶ Sequitur
ſecunda pars miſſe que ē ad materie
conſecrationē. Et iſta hꝫ quattuor p-
tes. Prima dicit̄ ſecreta. Secūda pfa
cio. Tertia canō. Quarta dominica
oratio. Recepta ergo oblatione ſacer
dos ſibi lauat manus ꝛ rediens ad al
tare inclinat ſe profunde dicens. Jn Nota
